

exhibuisse. Respondet q dñs noster
ihesus xps. vt dicūt doctores. Aug⁹
Ihero. Cris. nunq̄ liberauit aliquē
corpali ter quinecā spūaliter. Et nū
q̄ partē liberādo quinecā totum ho
minē liberaret. Nilomin⁹ si hēm⁹
respectū ad grauitatē cum vna infir
mitas sit gūior alia. A grauiori libe
rādo infirmitate dī misericordius se
habuisse. Sed q̄rit que tū inter alias
est maior infirmitas. Respondeo q̄
la q̄ totum occupat hominēz et corp
raliter et spūaliter q̄ illa q̄ solum cor
porali ter. Sed q̄ est illa. Respondeo
q̄ possessio hominis a diabolo. i alij
infirmitatib⁹ corp⁹ affligit et anima
nō. qz stat in suo sensu. Sed quando
homo a diabolo inuadiē et vexat. vtz
experiētia. Et quo ad aīam homo af
fligit et tōnis vsu priuat. et deīde cor
pus vexat. ego dñs noster ihesus xps
hoīem a diaboli manib⁹ liberādo suā
misericordiā magis in his q̄ in alijs
ostendit.

Pñca in media q̄dragesima. Euā
ge. fm Joh. vi.

In illo tempore. Abnt ihesus trās ma
re galilee qd est thiberiadis et seq̄ba
tur eū multitudo magna qz videbāt
signa q̄ faciebat sup his qui infirma
bant. Subnt ergo in mōtem ihesus et
et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat
autem primū pasca. dies fest⁹ iudeo
rum. Cū subleuasset ergo oculos ihe
sus et vidisset qz multitudo maxima
venit ad eum. Dicit ad philippū. vñ
emem⁹ panes. vt manducēt hi. Hoc
autem dicebat: temptans eum. Ipse
enim sciebat quid esset factur⁹. Rñ
dit ei philipp⁹: ducentoz denariorz
panes nō sufficiūt eis vt vnusquisqz
modicum quid accipiat. Dicit ei vn⁹
ex discipulis eius andreas frater sy
monis petri. Est puer vn⁹ hic qui ha
bet quinqz panes ordeaceos et duos

pisces. Sed hęc quāto sūt inter tātos
Dicit ergo ihesus. Facite homines di
scumbere. Erat autem fenum multū
in loco. Discubuerunt ergo viri nu
mero quasi quinqz milia. Accepit er
go ihesus panes: et cum gratias egis
set distribuit discumbentib⁹. Simili
ter et ex piscibus quantum volebat.
Et autem impleti sūt dixit discipul
suis. Colligite que superauerāt frag
menta ne pereant. Collegerūt ergo
et implenerunt duodecim cophinos
fragmētorum ex quinqz pamb⁹ orde
aceis et duob⁹ piscibus que superfue
rūt his qui manducauerāt. Illi ergo
homines cum vidissent qz fecisset sig
num: dicebat: quia hic homo ē vere
propheta. qui ventur⁹ est in mundū

Postilla

Abnt ihesus trans mare galilee
quod est thiberiadis et se. et c.
Iohannis. sexto. Mathei. xxi. et
Mar. vi. Hoc euāgelium factur⁹ est
Anno xpi. xxxi. yd⁹ april. dñca. lu
na. xxi. Indictione. v. Ante imiā il
lius euāgelij habetur Joh. v. qz xps
dixit iudeis et phariseis et scrib. Ego
cognoui vos qz dilectionem dei non
habetis in vobis. Ego veni in nomi
ne patris mei et nō accepistis me. Si
ali⁹ venerit in nomine suo illum acci
pietis. Nūo potestis credere eos qui
gloriam ab inuicem accipiūt. Et glo
riam q̄ a deo solo est nō queritis. No
lite cogitare qz ego accusaturus sim
vos apud patrem. ē qui accusat vos
moyses in quo vos speratis. Si enim
crederetis moysi crederetis forsītā et
mihī: de me enim ille scripsit. Si autē
illi⁹ litteris non creditis. quomodo
verbis meis credetis. Post hęc abnt
ihesus trans mare galilee. Iudei enī
querebāt christum interficere. et nō
erat adhuc temp⁹ passionis sue. Do
abnt trans mare galilee et tūc pauit

multitudinem in deserto. Et istud mi-
raculum factum est in principio terci-
anni predicationis christi: circa pascha. in
quo die festo decollatus fuit sanctus
Iohannes baptista. Item notandum secundum
Rico. de ly. quod mare galilee est quidam
lacus magnus per quem transit iordanis
fluvius. Et dicitur mare secundum modum loqui
di hebraicum. in quo congregatio magna
aquarum vocatur mare. et dicitur mare gali-
lee a punitia vel regione. sicut mare
anglicanum. Et dicitur mare tiberiadis ex
nomine civitatis edificate in littore:
que antiquitus cenereth dicebatur. Sed
ab herode tetrarcha reedificata et ad-
plata et tyberias est vocata in hono-
re tyberii cesaris. Et sequebatur eum mul-
titudo magna. quia videbantur signa que fa-
ciebat super his qui infirmabantur. unde
Matth. vi. percurrentes universam re-
gionem illam ceperunt in grabatis eos
qui se male habebant circumferre. ubi
eum audiebant esse et sanabat omnes.
Subiit ergo in montem. Ly. quia erat
locus devotionis et doctrine apostoli. et
ibi sedebat cum discipulis suis. docens
eos et consolando eos. Erat autem pri-
mum pascha dies festus iudeorum. Sci-
endum secundum theophylactum de aquino. quod in sequen-
ti pascha fuit christus crucifixus. ut habetur
Ioh. xiiij. Unde ab isto miraculo scilicet de
quinque panibus usque ad passionem christi
fluxit unus annus. Ad istud pascha non
ascendit christus ut aspectu suo non exorta-
ret furorē et invidia iudeorum. Cum
subleuasset ergo oculos ihesus et vi-
disset: quia multitudo maxima venit ad
eum. scilicet propter devotionem. unde dicitur
Matth. xiiij. quod secute sunt eum turbe
pedestres de civitatibus. Ly. tantum enim
desiderabant audire christum quod obmiserunt
apporcare alimentum: propter quod necessa-
rium fuit fieri hoc miraculum. Dixit
ad philippum. Sed quare non quirit a iu-
da qui erat dispensator. Respondet be-

atus theophylactus super Ioh. quod philippus erat ori-
undus de illa patria et ideo specialem
solicitudinem gerebat de turba. Unde
enim panes ut manducet huius. Hoc
autem dicebat temptans eum. Theophylactus.
christus non quesivit ut addisceret sed ut
philippum probaret. Ipsi enim sciebat
quid facturus esset. Respondit philip-
pus ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis. Ly. quod dicitur. Pauper sumus
tantam pecuniam habere non possumus
et si haberemus non sufficeret pro refe-
ctione eorum. Ideo sequitur. ut unusquisque
modicum quod accipit. Theophylactus. et est argu-
mentum expressum quod christus cum tota
familia sua non habebat ducentos de-
narios. Hodie tamen parum videtur vni-
clerico vel episcopo habere centum mar-
cas annuatim et vtinam bene expendat.
dicit ei unus ex discipulis eius. Andre-
as frater symonis petri. Est puer unus
hic qui habet quinque panes ordeace-
os et duos pisces. Et puer iste dicitur fu-
isse Marcialis qui fuit de parentela
sancti petri et andree fratrum. unde Cri-
stoborus. Andreas erat excellentior in fide quam phi-
lippus nondum perfectus. quia videtur aliquem
credidisse quod possent per christum multipli-
care panes istos. quod autem addit. Sed hec
quid sunt inter tantos. ostendit imbelli-
tatem fidei eius. Putabat enim quod non
sic sufficeret pauperum sicut multum. Rec-
plene capiebat omnipotentiam christi. Equi-
liter enim poterat satiare multitudinem
de paucis sicut de multis. Dixit ergo
ihesus. facite homines discubere. id
est ornate sedere ad comedendum. Et
apostoli obediētes verbo christi ita fecerunt.
non interrogantes quid deberet
homines comedere. Erat autem fenu-
multum in loco. Ly. hoc interpomi-
tur ad ostendendum quod locus erat ap-
tus ad sedendum. Theophylactus. terra enim illa
valde calida est. et ideo tempestivi
us metunt quam nos hic in terris nostris

ergo circa pascha habuerunt fenum in
pratis. **D**iscubuerunt ergo viri quasi nu-
mero quinque milia. **A**ccepit mulieri-
bus et puulis. que non numerantur hic
secundum legalem consuetudinem sed solum
modo viri a viginti annis. **U**t autem. ut
habetur **Num.** i. c. **A**ttende secundum ihero-
nymum quod cuilibet millenario correspondebat
unus panis. **A**ccepit ergo ihesus pa-
nes. scilicet in manibus suis. **T**heophylus. et sic pa-
nes illi multiplicati sunt in manibus su-
is virtute omnipotentie sue. **E**t quipo-
tuit panes illos sic mirabiliter multi-
plicare. potest etiam panem in corpore su-
um vertere. **E**t cum gratias egisset. id est cum
benedixisset panes eo modo quo solitus
erat benedicere messam. **I**n hoc dat no-
bis exemplum. ut in principio mense
dicamus benedictionem. qui sciunt a vnum
pater noster. **E**t in fine mense gratias
deo. quia omnia bona temporalia sunt
dona dei. distribuit discumbentibus.
Theophylus. non ipse per se sed per discipulos.
dedit enim discipulis. et discipuli ap-
posuerunt turbas. ut dicit **Mat.** xiii. simi-
liter ex piscibus quantum volebat. id est. ut
quod ad saturitatem. ut autem impleti
sunt. id est abundanter refecti. dixit discipu-
lis suis. non turbis quia discipuli fuerunt
seruitores. et ideo voluit ut ipsi reliqua
as leuaret. **C**olligite quae superauerant
fragmenta ne pereant. precepit hec christus
ad confirmationem veritatis et manifesta-
tionem miraculi. **T**heophylus. in hoc dat nobis
christianis exemplum. ut post prandium re-
liquie non dispergantur. sed propter pau-
peres collegantur. **C**olligerunt ergo et
impleuerunt duodecim cophinos fra-
gmentorum ex quinque panibus et de accis
et ex duobus piscibus quae superauerunt his
qui manducauerant. **L**y. **H**oc dicit ad
evidentiam miraculi. quod plus remansit quam
a principio appositum fuit. **T**heophylus. **E**x iam
dictis patet quod pares erant cophini numero
et apostolorum. **I**n quo monstratur quod do-

ctrina apostolorum per totum orbem erat
distribuenda ex reliquis doctrine christi.
Illi ergo homines cum vidissent quod
fecisset signum. **T**heophylus. tam magnum
et apertum et tam opportunum. in mul-
tiplicatione panum. et in multitudine
reliquiarum. **D**ixerunt hic est vere pro-
pheta. **L**y. iudei sciebant quod christus erat
promissus in lege per moysen tanquam
propheta ceteris excellentior. ut habetur
Deut. xviij. prophetam de gente tua et
de fratribus tuis sicut me suscitabit
tibi dominus deus tuus. ipsum tanquam
me audies. **H**oc est impletum in ip-
so domino nostro ihesu christo ergo
dicebant. **H**ic est vere propheta. id est. ille
magis propheta promissus nobis a moy-
se qui venturus est in mundum. ad ip-
sum saluandum. **S**ic autem non ve-
nerunt alii prophete sed solum ad denun-
ciandum istius aduentum. **C**irca pre-
sens euangelium ubi agitur de illo
conuiuio quinque panum. **Q**ueritur
primo qui ministri fuerunt in illo con-
uiuio. **R**espondetur quod discipuli christi
quibus christus dixit. **F**acite homines
discumbere. **E**t marginalis fuit puer
iste qui habuit quinque panes et duos
pesces. ut habetur in legenda sua. **S**e-
cundo queritur quot fuerunt conuiue.
quia forte quinque milia virorum. **S**cilicet
cur non numerantur femine cum tales
hodie plures quam viri sequi videantur christum in
audiendo sermones. in preceptione euka-
ristie et in ecclesiarum frequentatione.
Respondet **Theophylus**. **S**cripture con-
suetudinem sequitur hic **Iob**. que scri-
ptura solum a. xx. annis usque ad quatuor-
quaginta numerat viros ad bella ap-
tos. sicut moyses fecit. **Num.** i. **Q**ue-
ritur tertio quis fuit magister et coqus in
conuiuio. **R**espondet quod christus qui acce-
pit panes in manus suas in signum quod sua
potentia quae creauit celum et terram quae guber-
nat mundum possit multiplicare panes

Nō nouos panes creādo s̄m **Th**o. in
in. pte sūme. sed p̄iacētes multiplicā
do. similiter ex piscib⁹ q̄tū volebat
Quarto q̄rit̄ an panes isti ⁊ pisces
fuerūt optimi ⁊ sapidissimi **R**espōd⁹
Jaco. ianueñ. **C**redēdum ē q̄ sic sal
tem in sua speciereta simile pbat p
Cri. super illud **J**o. 11. vbi x̄ps in nup
tis mutauit aquam i vinum vbi sic
dicit. talia sūt x̄pi miracula vt multo
hys q̄ per naturam sūt speciosiora ⁊
vtiliora fiāt. **Q**uinto q̄rit̄ **C**ur nō vi
num p̄pinauit hominib⁹ istis quos sic
pauit quinq⁹ pamb⁹ ⁊ duobus pisci
bus. **R**espōdet q̄ potuit esse vt pa
nes ⁊ pisces p̄prietatem habuerint
tam tibi q̄ pot⁹ **S**ic etiam adhuc ha
die apothecarij sciunt officere electu
aria tibi simul ⁊ pot⁹ naturā habētia
Dominica in passione dñi. **E**uāge
līdñ **J**oh. viij.

In illo tempore. Dicebat ihesus turb
iudeor⁹ ⁊ p̄cipib⁹ sacerdotū. **Q**uis
ex vobis arguet me de peccato **S**i ve
ritatez dico vobis quare nō creditis
mihi. **Q**ui est ex deo verba dei audit
p̄pterea vō nō auditis ⁊ ex deo nō
estis. **R**espōderūt ergo iudei ⁊ dix
erūt ei. nōne bene dicim⁹ q̄ samari
tan⁹ es tu ⁊ demonium habes. **R**e
spōdit ihesus. ego demonium non
habeor sed honorifico patrem meum
et vō inhonorastis me. **E**go autem
nō quero gloriā meā. **E**t qui q̄
rat ⁊ iudicat. **A**mē amen dico vob.
Si quis sermonem meum seruauerit
mortem nō gustabit in eternum. dix
erūt ergo iudei. nūc ognouim⁹ q̄ de
monium habes. abraham mortu⁹ ē
et p̄phete. ⁊ tu dicis si quis sermonē
meum seruauerit mortem nō gusta
bit in eternum. nūquid tu maior es
patre nostro abraham qui mortu⁹ ē
et p̄phete mortui sūt. **Q**uem teip̄suz
facis. **R**espōdit ihesus. si ego glorifi

co meip̄sum. gloria mea nihil est. ē
pater meus qui glorificat me: quem
vōs diatis ⁊ q̄ de⁹ noster est ⁊ nō og
nouistis eum. ego autem noui eum.
et si dixero q̄ nō scio eum: ero simi
l̄ vobis mēdax. sed scio eum: ⁊ sermo
nem ei⁹ seruo. **A**braam pater vester
exultauit vt videret diem meum. ⁊
vidit ⁊ gauisus est **D**ixerūt ergo ad
eum iudei. **Q**uinquaginta ānos non
dum habes ⁊ abraham vidisti. dixit
eis ihesus. **A**mē amen dico vobis an
teq̄ abrahā fieret: ego sum. **T**ulerūt
ergo lapides vt iacerēt in eum. **I**he
sus autē abscondit se ⁊ exiuit de tē
plo.

Postilla

Quis ex vobis arguet me de pec
cato. **J**oh. viij. **H**istoria hui⁹
euāgelij facta est **A**nno x̄pi. xxxij. de
cimo kal. octobris. feria tertia. in di
ctione. v. **A**nte initium illius euāge
lij scribit sanct⁹ **J**oh. in eodez ca. q̄
iudei dixerūt x̄po **P**ater noster abrahā
est. **D**icit ei ihesus **S**i filij abrahe estis
opera abrahe facite. **N**ūc autem queri
tis me interficere hominem qui veri
tatem vobis locut⁹ sum: quam audi
ui a deo. hoc abraham nō fecit. **E**t p⁹
paucā. vō ex patre diaboli estis ⁊ d
sideria patris vestri vultis facere. **I**n
le homicida erat ab initio ⁊ in verita
te nō stetit. q̄ nō est veritas in eo.
Cum loquē mēdātium ex p̄p̄is loq̄
tur. q̄ mēdax est ⁊ pater eius. **T**ūc
immediate sequit̄ euāgelium hodie
num. **Q**uis ex vobis arguet me de
peccato. **L**yra quasi diceret. **S**i habe
tis aliquod peccatum quod possitis
super me ostendere parat⁹ sum audi
te ⁊ me rationabiliter purgare. ⁊
ideo cum hoc nō possitis facere. **S**i ve
ritatem dico vobis. si pro quā. qua
re nō creditis mihi. **E**t subdit causas
dicē. **Q**ui ex deo est verba dei au
dit. **N**otādum q̄ aliquid ex deo est